

sanguinis effusionem atrociter cum cultello percussisse atque enormiter vulnerasse, et eundem reum propter hoc maioris excommunicationis sententiam a canone prelatam incurrisse, lesionemque huiusmodi fore iniuriosam, frivolam et iniustam et minus iuste contra deum et sacros canones a dicto reo in dicti actoris offensam attemptatam fuisse, et ob hoc actione iniuriarum dictum reum predicto actori teneri et obligatum fore 5 eundemque reum dicto magistro actori et predictis mille florenis Ungaricis pro estimacione iniuriarum, vestra tamen ut prefertur taxa semper salva, condemnandum esse et ad realem solucionem compellendum fore condemnarique et compelli debere condempnetis et compellatis, aliasque fieri dicto magistro actori in premissis omnibusque singulis iusticie complementum, vestra sententia diffinitiva mediante cum debita exe- 10 cutione. Hec petit cum expensis in lite factis et protestatur de faciendis, salvo iuris addendi, minuendi, mutandi, corrigendi &c. ut est moris atque stili.

## 65.

*Conrad Dune appellirt an den Bischof Johannes von Merseburg, da der Probst Burchard von Chemnitz seinen Bitten kein Gehör schenkt.*

[1446.] 15

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 304<sup>b</sup>.*

Coram vobis venerabili viro domino Burchardo, canonicorum regularium monasterii sancti Thome apostoli in Lipczk preposito, ego Conradus Dune protestor quod per hanc comparicionem in vos tamquam iudicem incompetentem non consencio, sed tamquam coram domino et procuratore meo vobis reverenciam exhibendo compareo. Dico ergo et 20 protestor, quod cum et ex quo in vestro citatorio pretense alias contra me fulminato, me ut certa die coram vobis contra vos vestramque iurisdictionem dicturus comparerem, de facto citari demandastis. Ego quidem in termino mihi per vos prefixo cum protestacione quod per hoc in vestram pretensam iurisdictionem nisi in quantum de iure tenerer non vellem consentire comparui, et tunc causam in scriptis et terminum deliberandi mihi dari 25 et statui impetravi, diem videlicet proximum post quasimodogeniti iuridicum, qui fuit xxvii. mensis aprilis, in quo iterum coram vobis comparui et petitionem iustam verbotenus ut audistis proposui, et quia me iuste petentem audire et exaudire denegastis, ut satisfaciam huic termino hodierno exsuperhabundanti, et in scriptis humiliter peto, quatenus adhuc copiam vestre iurisdictionis et in hac parte subdelegacionem dignemini 30 mihi exhibendam fore atque tradendam, decernere, tradere et exhibere terminum quoque competentem ad contradicendum, assignandum et assignare et hoc ne fundamento scilicet iurisdictionis omisso vos ipsi caveatis penas in iure vobis comminatas et quas eciam sic procedendo possitis ipso facto incidere, ne eciam parvis inutilibus fatigentur laboribus et expensis sic procedendo et modo quo processus fieret omnino retro nullus. Alioquin et 35 nisi iustam et rationabilem hanc meam petitionem admiseritis, quia me sencio per vos gravatum et in posterum plus posse gravari a vestris mihi iam illatis iniuriis et gravaminibus, et ne quid ulterius contra me occasione huiusmodi pretense subdelegacionis